

PSALMUS CXL.

EXPLICATIO VERSUS I.

למנצח eadem est hujus psalmi inscriptio, quæ Psalms decimi tertii; vide etiam dicta Psal. IV, 1.

EXPLICATIO VERSUS II.

חלצני eripeme:) i.e. secundum admirandam tuam gratiam potentiamque inexplicabilem, pristinae me misere constrictum restituas libertati, cum omnibus planè destituar viribus emergendi. confer Psalms. CXIX, 153. vide miseriam meam וחרצני item Psal. VI, 5. XXXIV, 9. (angelus Domini &c.) Psalms. L, 15. eripiam te & glorificabis me. Psal. XCI, 15. eripiam ipsum &c.

מאדם ab homine malo:) qui videlicet mente præfracta peccare pergit contra conscientiam, omnis pietatis, charitatis justitiæque immemor. ceu subsequens id improbat descriptio. Notum verò, qua ratione alias אדם & איש, si mutuo sibi subjiciantur, designare soleant hominem tum plebejum, tum honoratiorem, (vide Psalms. XLIX, 3. Prov. VIII, 4.) verum hinc epegegeos more videntur eadem copulari. Hinc Lutherus: für bösen Menschen / & für freveln Leuten: (prius: für den freveln Männern.) De Doëgô & Siphitis Kimchi & R. Obadia: (vide 1. Sam. XXI, & XXIII.) Aben Esra scripta hæc opinatur ante Davidis regimen, sub Saulis temporibus: quâ ratione Syrus, Paris, & Anglic. edit. titulum ponunt: quando Saul projicit hastam ad interficiendum ipsum, &c. Verum utut lateat occasio tempusque conscripti hujus psalmi, certum tamen est, nunquam defuisse Davidi, nec deesse piis hodiè, ejusmodi perversos homines, è quorum technis atque violentia non nisi divina ope liberantur; quam proinde devotis precibus ob id implorare tenentur.

המסם (à viro) violentiarum:) h. e. virò injuriosè violento ac multipliciter injustò. Posterius substantivum locò adjectivi; & quidem pluralis simul exaggerat injuriarum copiam planè turpem atque singularem. De virò המסם violentia seu violentò, vide dicta Prov. III, 32. & c. XVI, 29. item Psalms. XVIII, 49. a virò violentiæ eripe me: Psalms. XXXV, 11. insurgunt testes המסם. Confer 2. Sam. XXII, 49.

הנצני custodias me:) futurum secundum ponitur pro primo, quale antecessit. Talis autem petitur custodia, quâ salvus atq; integer manet David, utut fremant violenti hujusmodi adversarii modis omnibus, adeò ut valetudo, fama, animus, ipsaque adeò conscientia, nullum inde experiantur damnum, utut infestentur insidiosissime. Litera (ג) in voce hac alias elisa, hinc tamen, ut & in locis quibusdam aliis, manet integra, velut etiam Prov. II, 11. v. 2. Psal. LXI, 8. &c.

EXPLICATIO VERSUS III.

השבי excogitant mala:) uti proximè hostium iniquæ actiones, ita hinc eorundem occultæ exponuntur machinationes ac consilia, quibus anxie procurare annuntur meum exitum. Confer Psalms. XXXV, 4. השבי רעתי Psal. XXI, 12. & השבי מזמא.

בלב corde:) scilicet attentò, ita ut clam simul secum celent omnia. Alias namque officina

A hæc consiliorum, Cor, Cogitandi verbo inclusa jamjam intelligebatur: cum proinde disertè insuper nominetur, haut dubie insidiositas intentioque sedula simul indicari h. m. debuit. Sic Psal. LVIII, 3. בלב iniquitates operamini: Prov. XII, 2. dolus in corde cogitantium malum.

כֹּל omni:) pro כֹּל in omni die: h. e. assidue, non obiter fortè aut incidenter. Ellipsis præfixi (כ) consveta.

יגור congregant prælia:) ita Pagninus & Cajetanus. Et nihil quàm ad bella assidue instigant, Campensis. metuunt bella, Coccejus. richten Streit an. Moguntina. Verbum יגור, quod tum peregrinari aut commorari, tum metuere, alias significat, h. l. commodissime exponitur per congregare se, vel Convenire, quomodo accipitur Jes. LIV, 15. quisquis יגור congregaverit se tecum &c: Psal. LVI, 7. יגורו conveniunt, abscondunt se, calcaneos meos observant. Psalms. LIX, 4. יגורו congregantur contra me robusti &c. Sic Junius: conveniunt ad bella. item Aben Esra. Lutherus: die Krieg erregen/ (prius: Streit anrichten.) Piscator: contrahunt bella: allegans Hab. I, 15. ubi tamen ipsemet reddit: יגורו congregat illos plagis suis; nullâ prorsus Contrahendi mentione factâ. Nonnulli apud Aben Esram exponunt per Misceat, ceu Deut. II, 8. dicitur: ne תתערב misceas contra eos bellum. addit tamen, diversas utrobique esse radices, nempe hic יגור &, apud Mosè גרה. ראשונה: bella sunt במגוריהם in circuitibus ipsorum & in habitationibus eorum. Verum alia nominis, alia verbi ratio. Simplicissimè Kimchi per יאספו congregant, adductò locò Hab. I, 15. idque exponit, quòd continuo Saulem instigârunt ad bella, Davidem modò hinc, modò illic oppugnandum, moventes. Sic & Coppen. Addo tamen; cum Commorandi significatio verbo huic sit communior, absque difficultate reddi & hinc posse: quotidie commorantur (in) bellis, q. d. tam hostilis & inquieti sunt animi, ut nunquam cum ipsis tranquille aut securè liceat vivere; nunquam de totali compositione cogitare.

מלחמה (ad) bella:) ellipsis præpositivis יערו או (ל) ceu Jerem. XXVI, 10: ביה יהיה Psal. V, 8: ingrediar ביתך (ex 2. Sam. XI, 22.) &c: Pluralis sine dubiò multipliciter indicat dissidiorum, dum sopito unò emergit mox novum, &c:

EXPLICATIO VERSUS IV.

שננו exactunt linguas suas:) à cordis machinationibus processus fit ad sermones, quos & ipsos turpissimè ad Davidis depravant perniciem, malitiosè calumniando, convitiando, fugillando, deferendo, &c. Acuendi autem verbum שן (unde etiam שן dens, ad mordendum aptè paratus acutusque,) petitum est ab expolitione gladii, telorum hastarumve, quando eadem tum nitida, tum acuta simul redduntur, ut fulguri videantur similia, Deut. XXXII, 41. item, Prov. XXV, 18. Psal. XLV, 6. CXX, 4. Jes. V, 28. Sic Psal. LXIV, 3. שננו exactuerunt linguam suam tanquam gladium. Similis & h. l. linguæ describitur, apratio ad vulnera famæ intingenda grandia, quando eam insensibiliter, citò, perniciosè & lacerant,